

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.l.], 1519

De immanitate. litate supplicijs. Vt postremo irasci Deu sit compertum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270824)

David

De Immanitate.

litate supplicij. Ut postremo irasci Deū sit cōm-
pertum: meritoq; ppheta ille maximus: plorabū-
dus ac tremens domini furorem extimeat: excan-
descendentemq; punitionem.

SCHOLIA.

Ut postremo. Iuxta vulgatum Valerij dictum. Lento gra-
du ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; suppli-
cij grauitate compensat.

Irasci cōpertum est. Hoc dicit, quia plurimi existima-
runt nō irasci Deū, qm̄ vel benefica sit tantūmodo natura di-
uina, nec cuiq; nocere p̄stantissimæ atq; optimæ cōgruat pote-
stati, vel certe nihil curet omnino, vt neq; ex beneficentia eius
quicq; boni pueniat ad nos, neq; ex maleficentia quicq; mali,
Quorū errorem, quia maximus est, & ad euerendū vitæ hu-
manæ statū spectat, coarguit Christianus Cicerō volumine
huic rei priuatim dicato.

Propheta ille maximus. David post adulterium & ne-
cem Uriæ aliq; cōmissa collachrimans illud orauit. Dñe ne
in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.

Humanitati studendum esse.

Quo igitur hæc ipsa pestis execrabilior est:
ipsiq; hominū generi magis exitiabilis: eo
studiosius colenda est humanitas: ac ci-
uilibus vitæ studium: colendæ artes liberales: huma-
næ societatis & ornamenta & vincula. Excolēdus
animus moribus tum ciuilibus: tum rerū p̄clarissi-
marū cognitione atq; scientia. Cū primisq; oculi
in cœlū sustollendi: considerandūq; quid summo
illi & optimo rerū omniū parenti ac rectori sit p̄-
cipue placiturū: quibusq; potissimū artibus cœli-

Oculi in cœ-
lum sustol-
lendi,

tibus ipsis similes esse possimus. Erimus autem eorum maxime similes: si quae maxime a ferarum naturis recesserimus: domitisque qui illarum proprii sunt affectibus: si rationi nos adiunxerimus. quam secuti & reliquis animantibus cum excellentia impabimus: & caelites ad ipsos quam proxime accedemus.

SCHOLIA.

Oculi in caelum sustollendi. Cum statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominem facere coelestem, caetera uniuersa terrena hunc ad caeli contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit, scilicet ut eadem spectaret, unde illi origo est, illa vero depressit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum prostrata, ventri, pabuloque seruirent, quae poeta nobilissimus his versibus complexus est.

Quidius Pronaque quum spectent animalia caetera terram.

Os homini sublime dedit, caelumque videre, iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Cicero

Sic Cicero in legibus. Cum caetera animantia abiecisset ad partem, solum hominem erexit ad caeli cognitionem. Idem lib. naturae diuinae. 2. Ad hanc inquit prudentiam naturae tam diligentem, tamque solertem adiungi multa possunt ex quibus intelligat, quae res hominibus a deo quam proximae tributae sunt, qui primum eos humo excitatos coelestes & rectos constituit, ut deorum cognitionem caelum inuenire capere possent. Sunt enim ex terra homines, non ut incolae, & habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.

Coelites ipsis. Ecclesiastici sanctos vocat. Si imbecilliores sumus quam ut eos imitemur saltem ne committamus, ut ethnici in hoc stadio videantur praecurrere, Quorum plerique, quum neque Deum nossent quem vererent, neque inferos crederent quos formidarent, tamen ipsa per se turpitudinem modis omnibus fugienda esse homini censuerunt, a deo ut nonnulli maluerint, fame, re, vitae denique iacturam facere, quam ab honesto discedere.

Coelites